




M
693

G.C.
1895



DEAT
XAN
MAX

terra un
pore fa
pore por
lic et m
Apud e
pore
milles
calerian
suri d
ratum
di apu
quam
Nec m
umma
memor
datus
testes
nec p
um a
ca lib
tauer
mari
um o
simis
om m
li qu
dum
lapon
ficta
q no
col m
hanc
ficta
pore
vris
usq
erri
dam
quid
in fig
quid
habo
uene

BEATISSIMO PATRI ALEXANDRO QUINTO PONT. MAX. JACOBUS ANGELVS.

DE TEMPORA

A Claudij Ptolomei cogitanti mihi illud occurrit: ut quem admodum in rebus ceteris: que a natura gignuntur: secula aliquando ipsa: seu ex celestium siderum + meatu: que in inferiora uim mutant: seu ex ipsius aeris terre que temperie: seu ex utroque quod tamen causam unam habere potest: ubertati: quandam insolitam pariunt: sic et in preclaris obtigisse ingenij usum est. Apud enim diuini Platonis seculum permultos egregios floruisse philosophos nouimus. permultos etiam oratores eadem que Demosthenis tulerunt tempora. Quot prestantissimi claruere uiri diui Augusti imperio: Diuinarum scripturarum princeps: qui in nostra religione habetur: & apud grecos et apud nos: non ne ex una tantum matre uel nido una genuerunt secula. Nec in liberalibus tantum diuinis que doctrinis: animaduertisse hoc licet: sed in re ipsa militari: minoribus que alijs disciplinis: sculptorum pictorum aliarum que artium: quas etas quedam una excellentissime sibi usurpasse est cognita. Et si componere parua magis licet: hoc ipsum nostrum seculum: in ciuitate preapue nostra florentina: que eniuit ingenij: que propemodum sopita liberalium studia maxima sui gloria suscitauerunt: Tulerunt & auctorem omnium mathematicorum doctissimum hunc Ptolomeum diui Antony tempora: que abunde clarissimis & alijs floruerunt ingenij: quorum opera immortalitati ipsi seculum illud consecrauit. Alij quidem alia. Ptolomeus uero ipse que multa diuinitus edidit: inter que & orbis situm diligentissime ut cetera a mathematicis non discedens exhibuit. Hic enim alio quodam modo que nostri latini inter quos Plinius secundus cosmographorum palmam ferre uiderit: rem habere tractauit. Illi uero licet habitabilem uniuersi orbis situm descripserint: non tamen ex eorum preceptis plane captari potest qua arte totius orbis pictura formari ualeat: ut proportio cuiusque partis ad totum uniuersale seruetur. Preterea nemo ab illis doceri potest nisi grossiori que dam modo: que seu que inclinationes sint: ad quatuor celi plagas: eorum situm: quos in pictura figere decreuerimus. Nedum quippe longitudinem locorum: a fixo quodam totius nostre habitabilis termino ductam: que tamen rarim uentio est: sed nec latitudinem ponunt. Nostro

etiam nullus precepta tradidit: habitabile ipsum orbem: in plures picture tabulas posse diuidi: mensura cum toto eque seruata. Eorundem etiam nemo prodit: qua ratione orbis ipse noster qui sphericus est in superficiem planam deducatur. Non quod nostros qui prestantissimi in ea traditione uiri extiterunt tantisper censem: sed que uis contenti limitibus: historicorum more: rem sua summa industria & complexi sunt & prosecuti: qui & alia quedam habent: que ab auctore hoc ptolemeo uidentur pretermitti. Ut autem ea que ab illo absoluta diuino quodam ingenio sunt: cum nostris etiam habeantur in latinum ipsa curauit transferre sermonem. Opus nempe impeditum: & si ut de suo inquit Mela eloqueque minime capax eo hoc magis erit: que precepta ipsa tradunt: que in eleganti etiam materia: non nisi dicendi genus ab elegantia ferme semotum: posse admittere uidentur. Preterea cum circa celestes maxime uersentur arculos: ob que id cum obscuriora etiam sint: suauia minus sicuti sunt ita & uidentur. Quare sacrum presens que numeri expectata religionis uere salus: quem nulla diuinarum & humanarum rerum archana latent: quem ad pessundandum orbis qui nunc tibi subtrahitur regnum humana pietas et diuinum alliat premium: quem ue ad hoc nostre desiderandum opus: supernum quoddam presagium futuri iam iam imperij uel impulit: ut plane hinc cognoscere que amplissimam potestatem totius orbis mox esses adepturus: ueniam dabis pontifex maxime hieronymi presertim diuini interpretis memor: qui de interprete Cicerone: quem eloquentie aureum flumen appellat: se admirari loquitur: que interdum in transferendo ita hesitet: ut qui a Cicerone ducta nesciat a Cicerone dea non credat. Ceterum geographiam hoc est terre descriptionem: auctor hic noster hoc omne opus grece nuncupat. Quam appellationem uir seculi nostri eruditissimus Manuel constantinopolitanus: suauissimus grecarum litterarum seculi nostri apud nos preceptor: dum in latinum eloquium id transferre ad uerbum licet: pariter inapit: non mutauit. Sed nos in Cosmographia id uertimus: quod uocabulum licet etiam grecum sit: tamen apud latinos ita usitatum est: ut iam pro nostro habeatur. Credamus que uirum cum: si id quod transtulit emendasset: omnino illud in cosmographiam mutatur: fuisse. Nam si Plinius ceteri que latini: qui terre situm descripserunt opus suum cosmographiam appellant: & auctores ipsi cosmographi dicuntur. Nescio cur Ptolomei opus: qui idem tractat: eodem uocabulo apud nos uocari non debeat. Si uero uelint ptolemeum ipsum

Es dela Lib^a de S^o Miguel

de los Reyes

ut diximus longe a nostris differre Cosmographis. nam assertiones huius operis q̄ maxime ex celestibus sumit: tum magis nobis cum sentiunt: cum in cosmographie uocabulo: plus quiddam q̄ ip̄a notetur terra: que geographie nomen tribuit. Cosmos. u. grece latine mundus: qui terram celumq̄ ip̄m quod per totum hoc opus tanq̄ rei fundamentum adduat: plane significat. Quod ergo geographiam dicunt greci in omnibus cosmographorum operibus: exemplo nostro tum hoc maxime in opere cosmographiam usum est propius dici. Sed de his satis. iam iam ptolomeum ip̄m latine loquentem audiam.

Claudy Ptolomei Cosmographie Liber Primus hec habet

- i. In quo differt cosmographia a corographia.
- ii. Que ad cosmographiam presupponenda sunt.
- iii. Quomodo e stadiorum dimensione cuiuscūq̄ recte distantie: licet non sit sub eodem meridiano: mensura ambitus terre sit percipienda et e contra.
- iiii. Quod ex superioribus obseruata preponenda sunt notati peragantium.
- v. Quod historiis magis nouis credendum sit: ob mutationes: que diuersis temporibus in orbe contingunt.
- vi. De editione cosmographie Marini.
- vii. Emendatio latitudinis Marini ab obseruatione superiorum.
- viii. Eadem emendatio ab itinerum peragatione.
- ix. Eadem emendatio a nauigationibus factis.
- x. Quod non ponendi ethiopes sunt magis astrales q̄ parallelus oppositus parallelo per merocem.
- xi. Que in longitudine a marino male tradita sunt.
- xii. Emendatio longitudinis note terre a peragationibus.
- xiii. Eadem emendatio a nauigationibus.
- xiiii. De nauigatione ab aucta chersoneso ad atagara.
- xv. De his que in expositione particulari marini dissentit.
- xvi. Quod quedam pretermisit de regionum finibus.
- xvii. In quibus dissentit ab historia nostri temporis.
- xviii. De incommoditate marini in designatione orbis.
- xix. De comoditate nri opis in designatione orbis.
- xx. De inequalitate dimensionis tabule marini.
- xxi. Que suanda sint ad designatione orbis in plano.
- xxii. Quomodo habitabilis nra in sphaera designanda sit.
- xxiii. Expositio meridianorū & parallelorū in orbe designandorū.
- xxiiii. Quod in plano terra designet sphaerico coequalis.

Claudy ptolomei Cosmographie Liber primus Inapit:

In quo differt Cosmographia a Corographia:

Cosmographia designate imitatio est totius cogniti orbis: cum his que sece u. uersaliter sibi iungunt. A corographia hec differt: Nam corographia particularis a toto loca abscidens: per se de quolibet ipor agit describens forme singula etiam minima conceptorum a se locorū quemadmodum portus u. as. uicos. fluuioꝝ. sessiones ac huiusmodi loca alia. Cosmographie uero proprium est. unam eandemq̄ habitabilem terram nobis cognitam ostendere: quomodo natura sita q̄ se habeat: circa que tantum intendit: que per descriptiones orbis magis generales sibi iunguntur: ueluti circa maiora oppida: magnas ciuitates. montes etiam fluuioꝝ q̄ insigniores. Preterea circa ea omnia: que iuxta quamlibet spetiem maiori nota digna sunt. finis corographie est partem totius sigillatim aduocet. ut si quis aurem tantum aut oculum pmgat. Cosmographie uero totum inspicere iuxta proportionem: ut si integrum quis caput designaret. Integris. u. imaginibus. quum oporteat potiora membra pmum adhiberi: deinde ea que imagines picturas q̄ suscipiunt: ita equa dimensione inter sese locati: ut ex iusta distantia uisu possint discerni: an totum seu pars sint illius quod pmgatur: sequitur non indigne nec preter rem: corographie quocūq̄ etiam minima corographie uero regione ip̄as cum his que gn̄aliter sibi adnectuntur proprium esse tribui. Nam potiores nostre habitabilis partes: que equa dimensionum proportionē notabuntur. prouincie sue regiones sunt. & hancum ptiora habentur membra: differentie magis insignes: que in ip̄is regionibus sunt. Versatur aut corographia quam maxime circa quale magis: q̄ circa quantum eorū que describuntur. circa. u. pmgendi sititudinem omnino uertatur cura sitū proportionum q̄ dimissa. Cosmographia uero magis ad quantitatem intendit q̄ qualitatem intendit. Nam de proportionē distantiarum animaduertit in omnibus. de pmgendi uero proprietate non nisi solum in imaginibus maiorum descriptionum. Unde corographia pictura eget. nullus q̄ eam recte componet nisi homo pictor. Cosmographia autem non idem exoptulat. Nam potest quis per

puras lineas: nudasq; denotationes loca fige-
 re: acfigurationes generales inscribere. Qua-
 re illi mathematica opus non est: sed cosmo-
 graphis ea est potior pars. Contemplari enim
 hac oportet totius orbis magnitudinem et
 formam: preterea situs ad totum orbem: ut
 fas sit partem conceptam qualis & quanta sit
 dicere: & sub quibus celestis sphaera parallelis
 locetur. Unde de dierum ac noctium magni-
 tudine: de fixis que supra uerticem nobis sunt:
 de stellis que supra horizonem semper fecun-
 tur: de his que perpetuo non nobis occurrunt:
 de omnibus demum que ad rationem habitum
 uerborum nostrarum spectant differere po-
 teat. Que humanis ingenij mathematico uir-
 te demonstrari altissimum atq; pulcherrimum
 est: ut celum saluet ipm natura se habeat
 cum ueluti ambiens non ostendi possit: ut
 terram ipsam p imagine intueri ualeamus:
 que cum terra & maxima sit: neq; ut tota ut
 pars nos arcum ambiat: ab eisdem quibus
 celum peragrari potest.

Que ad cosmographiam pponenda sunt:

Cosmographis finis: & in qui-
 bus a chorographia differat: scri-
 ptum in prioribus adnotatum sit.

Cum autem in presentiarum propo-
 situm sit habitabilem nostri orbis describere:
 q; maxime fieri possit intra sese coequalem
 necesse arbitramur: in exordio hoc preponere
 quod huius rei pimum est: historia pagatio-
 nis plurimam noticiam tracta ex illorum tra-
 ditione: qui diligentissime regiones quasq;
 explorauerunt: quod a huiusmodi animaduersi-
 onis atq; traditionis ad geometricam hoc: il-
 lud ad obseruationem fixarum pertinet.
 Quod geometricum est per puram dimensio-
 nem distantiarum ostendit: qualiter loca inter
 sese sint sita. Quod ad superiora refertur eoru-
 dem locorum positiones p fixas docet cum or-
 ganis astrolabii ad captandas umbras inuen-
 tis. Id q; certum quidem est nec in aliqua re
 anceps. Aliud uero genus: & imperfectus et al-
 teo eget. Nam pmo cum necesse sit utroq; in-
 modo presupponi ad quem situm duorum lo-
 corum distantia uergat: non enim solum scire
 oportet quantum hic locus ab illo distet: sed
 uersus quam celi plagam: hoc est an ad sep-
 tentrionem: seu ut ita loquamur ad solis or-
 tum: aut alias particulares inclinationes im-
 possibile est hoc considerari diligentius: absq;
 dictorum instrumentorum ope. Ex ipis enim omni-
 ni loco omni q; in tempore: facile inueniri pot-
 linea meridiani: p q; hanc distantiarum pera-
 gratarum noticiam. Deinde hoc et dato dimen-
 sio que fit ex numero stadiorum: nobis certam
 noticiam haud prebet: ob utinqua que raro

recta sunt: diuersionibus multis: terra mari
 q; ita actis: ut opus sit ex recessu uincere se-
 cundum qualitatem & quantitatem distantiarum
 obliquarum: id quod rectum iter excedit
 coniectare atq; e stadiocum summa minuetur ut
 uia recta inueniatur. Quod & in nauigatio-
 nibus ea ex causa contingit: & ex uentorum
 partiter flatu p totum iter cum equalitate mi-
 nime seruato. Preterea et si eorum locorum di-
 stantia diligenter habita est non tamen habet
 ratio ad totum terre ambitum neq; captatur
 situs eiusdem ad equinoctialem circulum uel ad
 polorum situm. Distantia autem que ex obserua-
 tione superiorum acquiritur horum quodlibet
 diligenter ostendit. Preterea quantitas circuli
 uicissim circuli paralleli meridiani q;
 qui per loca ipa sunt descripti intercipiunt: hoc
 est quales arcusferentias in meridionalibus pa-
 ralleli & equinoctialis intercipiunt: quales uero
 in parallelis & in equinoctiali meridionalibus.
 Deinde docetur quodam partem occupent ipsa
 duo loca arcusferentie maximi circuli qui per
 eadem in terra arcusferuntur. Que dimensio par-
 ta ex superioribus: stadiocum numeratione no-
 eget: habita ratione partium terre ad totius
 descriptionis ambitum. Nam sat est circula-
 tionem ipsius terre supponere tot esse partium
 quot libuerit: & harum totidem conueniri a-
 distantis prenotatis in circulis ipsius terre
 maximis. Sed ad diuidendum totum terre am-
 bitum aut ipsius partes in distantias nostras
 stadiorum dimensionibus notas: hoc equum non
 sufficit. Quare ob hoc solum necesse fuit: qua-
 dam rectam in terra distantiam: alicui circuli
 arcusferentie maximi cuiusdam celestis circuli ada-
 ptare: et ex fixis habita huius proportionem
 ad totum arcum ac percepto numero stadiorum
 ipsius partis: seu dante in terra distantie: pote-
 rimus totius orbis ambitum p stadia metiri.
 Concessum enim cum sit ex mathematicis demonst-
 rationibus: totius terre & aque superficies ad
 totum sphericam esse: & idem centrum cum spha-
 ra celestium simul habere: et quod plana que
 libet: que per centrum emittitur: in comuni-
 bus sui & ipax celi terre q; superficiesum sectio-
 nibus: maximos arcus faciant: quod q; eo-
 rundem planorum anguli qui circa cen-
 trum sunt: arcusferentias arcuorum iporum in-
 terceptas: eiusdem unius rationis efficiunt: se-
 quitur distantiarum quas in terra suscipimus:
 quantitatem quippe stadiorum: si distantie ce-
 ste sint ex dimensionibus posse percipi: ra-
 tionem uero ab eisdem radijs ad totum ter-
 re ambitum minime inueniri: quia nulla
 ad totum proportio hinc dari potest. A siti
 autem arcusferentia celestis circuli datur.
 Nam celestis arcusferentie ratio in propria

totius terre circulatione captatur: eadem q
ratio est similis portionis in circulo terre: que
ad maximum ipsius circulum
Quomodo ex stadiorum dimensione cuiusq recte
distantie: licet non sit sub eodem meridiano
mensura ambitus terre sit percipienda et e
contra: ~

Priores non tantum rectam queere
bant distantiam in terra: ut circū
ferentiam maximi circuli captarent:
sed etiam que suam teneret in plano
sub uno ipso meridiano. Unde per instrumenta
que diximus: obseruantes puncta que supra
uerticem erant utriusq finis distantie date: ex
his signis p interceptam meridiani arcūferentia:
sub equa proportione distantiam in terra notata
habebant. Nam ut dictum est signa prefata in
uno plano assumebantur: & linee transeuntes p
extrema distantie ad puncta que supra uerticem
erant necessario concurrerant: & huius concate
que punctis: comune circulo iporū erat centru
Quota ergo pars circuli p soles descripta uideba
tur intercepta ab utroq puncto supra uerticem
assumpto totam esse constabat circumferentia
ad totum terre ambitum. Sed si huiusmodi distā
tia non est sub circulo per polos descripto: sed sub
alio quolibet maximo: idem ostendi potest: ob
seruatis pari modo elevationibus poli in terminis
ipius distantie & animaduerso simul situ: que
habet ipsa distantia ad alterum meridionalium.
Que plane demonstrauimus nos per organum
quod ad obseruationem umbrarum struximus
per quod facile ualida alia q multa capiamus
& die quolibet noctuq: elevationem poli septē
trionalis omni q hora meridionalē situm ha
bentis distantie date huius q dimensionem:
hoc est quales fiat angulos: maximus circulus
descriptus p lineam distantie cum circulo meri
diano iuxta punctum qui supra uerticem est.
Ex quibus & quesitam arcūferentiam per ipm
instrumentum ostendimus: & arcūferentiam
equinoctialis a duobus meridianis interceptam
si paralleli alij sunt q equinoctialis. Unde iuxta
demonstrationem hanc si metiemur unam solam
rectam q in terra distantiam: numerus stadiorū
totius ambitus terre inueniri pōt. Per q aut
hoc reliquū est: ut et omnium ceterarum distā
tarum dimensio licet recte omnino non sint: neq
sub eodem meridiano aut parallelo percipiatur
elevatione poli & inclinatione distantie ad
meridianum diligenter seruata. Contra h. per
rationem arcūferentie ad maximum circulum:
stadiorum numerus facile haberi potest: a co
gnita circulatione totius terre.
Quod obseruata in superioribus preponenda sūt
noue perigrantium: ~

His ergo sic habitis: qui regiones sim
quillatim circumambulauerit: si huius
modi obseruationibus usi fuissent:
omnino certam descriptionem nostris
habitibus facere potuissent. Sed cum solus hip
parcus pauca admodum ciuitatum pro eare
copia que in cosmographia notant: elevationes
poli artici nobis tradiderit: ac loca pauca sub
eisdem sita parallelis notauerit. Aliqui uero post
ipm quendam quendam retulerūt locor oppo
sitorum: non tamen que equaliter distarent
ab equatore: sed simpliciter sub eisdem sita me
ridianis id sumentes ex nauigationibus uel bo
rea ut austro secundo factis: q plures autem di
stantias presertim que ad ortum solis siue ad oc
casum uegerent: concepte fuerint: ex gnali
quadam traditione: non ex auctorū iporum igna
ua: sed q nondum diligentioris mathematice
usus foret. Preterea quia non multi defectus
lunares in eodem tempore diuersis in locis tum
obseruati fuerant: quem admodum eclipsis illa:
que in Arbilibus sub hora quinta: in carthagine ue
ro sub secunda notata fuit: ex quibus uideri pos
set: quot horis equinoctialibus: seu quot tempo
rum spacijs loca inter sese distarent ad ortum
solis ut ad occasum: equū quoq est: descriptu
rum cosmographia que nouerit diligentiori
obseruatione notata tanq operis sui funda
menta preponere: alia autem a ceteris tradi
ta his adaptare: quousq iporum inuicem situs
q maxime fieri possit: cum primis traditionib
certiores inueniantur.

Quod nouioribus historiis credendum magis sit
ob mutationes que diuersis temporibus in or
be contingunt: ~

Initium nostre descriptionis his pre
libatis: sic eque haberi poterit. Sed
cum loca omnia que aut ob infinita
eorum magnitudinem: aut quia nō
semper eodem mō sese habent non omnino
satis explorata sunt. & diuturnius tempus
eorum noticiam semp certiore faciat: atq
cosmographiam hoc animaduertendum uidet:
cum concessum sit ex traditionibus uario in
tempore editis: non unas nostri continens
partes: ob excessum siue magnitudinis: non
dum ad nostram peruenisse noticiam: alijs
uero nō quemadmodum sese habent ob pa
grantium negligentiam: nobis minus dilige
ter traditas: alias aut esse: que nunc alie
q hactenus q hactenus sese habent siue ob
corruptiones siue ob mutationes: in qbus
pro parte corruisse cognite sunt. Necessē
nobis sit ad nouas temporis nri traditiones
magis intendere: librando tamen in expo
sitione illor que nunc tractantur: & in
se lectione: eorum que hactenus tradita

fuerint: quid sit: quid ue nō sit cōcedendum.
De editione cosmographiæ Marini:—

Marinus igitur tyrius: tempestatis
nostre cosmographorum postremus
sumo uidetur studio huic matie
se intulisse. Nam plura explorasse
cognoscatur: preter ea que hactenus nota fue-
rant. Deinde omnium seeme historicorum q̄
eum preuenereant: noticia diligentissime ha-
bita: non tantum quecumq; ab alijs errata fu-
erant emendauit. sed illa & que ipse idem
male tractauerat quemadmodum in editi-
onibus p̄t̄e sue cosmographiæ: que q̄ m̄ta
elimant: licet animaduertere. Sed si inspicere
mus ultimo eius op̄e nihil deesse satis & nobis
foret: ex istis eius tantū cōmentarijs absq; eorū
inuestigatione habitabilon nostram describere.
verum cum ipse uideatur quibusdam animad-
uersione haud satis fidei digna assentiri: pre-
terea circa modum designationis noscatur sepi-
neq; oportune facultatis debitam curam agere:
non indigne moti sumus uti ad rationem usū
q̄ putauimus fore cōmodius operi conficere
& uero. Quod quippe absq; uerborum insolē-
tia: q̄ maxime id fieri poterit efficere conabi-
mur: utrunq; erroris genus attingentes bre-
uiter: uti ratio ip̄a dictabit. Primum q̄ id qd̄
ad historiam attinet queramus ex qua opinat
ipse: ad maiore longitudinē uersus ortum so-
lis: ac ad maiorem latitudinem in meridiem:
quam fas sit terram nobis notam produci. Non
autem iniquius sup̄ficii distantiam tenden-
tem ab occasu ad ortum solis longitudinem
appellamus: atq; distantiam a septentrione in
meridiem latitudinem: cum in motibus celesti-
bus parallelos similiter nūcupemus. Preterea
qd̄ q̄ maxime maiorem distantiam: longitu-
dinem dicimus. Plane quidem concessum est
ab omnibus distantiam nostre habitabilis: q̄
ab ortu solis in occasum extenditur: multo
maiorem ea esse: que a septentrione in me-
ridiem uerget.

Emendatio latitudinis Marini:—

Primum igitur latitudinis terminū
ponit & ipse tylen insulam: sub
parallelo qui plagam maxime se-
ptentrionalem terre nobis notē di-
uidit. quem parallelum ostendit quam pot̄
dare ab equinoctiali distare sexaginta et tri-
bus gradibus qualium est meridianus arc-
culus trecentorum & sexaginta. Tam aut̄
latitudinem notat: triginta & uno millibus
ac quingentis stadijs: uelut gradus quilibet
ex quingentis stadijs proponendū constet.
Post hec regionem ethiopum Agisymbam no-
mine: & præsium promontorium ponit sub
parallelo qui plagam maxime australem no-

bis cognitam finit. Quon parallelum sub hyema-
li tropico sistit. Quare omnis latitudo inter equi-
noctialon & tropicum hyemalen: ac inter tylen
& eundem equinoctialem in unum coherata: gra-
dus fere septem & octuaginta complet: stadia uō
quadraginta & tria milia ac quingenta. Cona-
tur autem rationem australis finis ostendere per
obseruationes quasdam fixarum ut ipse putat:
& per itinera quedam terra mari q̄ facta quorū
quodlibet attingemus breuiter. In obseruatione
quidem fixarum in tercio operis sui uolumine
sub his uerbis memorat Zodiacus supra torrida
zonam totus fertur: ex quo in ip̄a umbra muta-
tur: & omes fixe oriuntur & occidunt. Sola
autem minor uersa incipit supra ori-ontem tota
uideri in orbe plaga septentrionali: stadijs quin-
que milibus & quingentis. Parallelus enim per
ocelam gradibus undecim & duplici quinta ele-
uatur. Ab hypparcho autem traditur: minoris
uise stellam: que australior in ea est: que ue-
ultima in eiusdem cauda notatur: a polo distare
gradibus duodecim & quinta duplici: ac ab eq-
noctiali profectis ad tropicum estiualem: polum
arcticum continuo fere supra ori-ontem: australe
uero magis deungi. Preterea his qui ab equa-
tore ad tropicum hyemis pergunt: australem
polum supra ori-ontem eleuari: septentrionale
uero deprimi: unde per hec euentus sub equi-
noctiali aut inter geminos tropicos solum nar-
rat. Quod autem aliqua noticia p̄ obseruatio-
nem fixarū uere habita fuerit in locis magis au-
stralibus quā arcibus equinoctialis: minime tra-
dit ueluti si alicubi: stellas australiores quam eq-
noctialis supra uerticem poneret: seu si meridio-
nales umbras: in equinoctijs ad austrum decli-
nari diceret: aut si omnes stellas minoris uise
oriri aut occidere ostenderet sui ip̄arū aliquas
non omnino uideri australi polo supra ori-
tem elato. Per ea autem que deinde tradit:
quasdam mittat fixas obseruatas fuisse: que in
mentem suam omnino non asserunt. Inquit u-
eros qui ab indis ad lymyricam nauigant: ut
Diodorus samius narreat in tercio: taur̄: in al-
tiori auro loco: ad medium celum habere &
pliadon ad medium antēnarū. Qui autem sol-
uunt ab arabia ad Azaniam recta ad meri-
diem nauigant: & aduersus Canobum stel-
lam: qui illic hyppos hoc est equus appellat:
& longe australis est. Stelle aut̄ que illic
uidentur apud nos haud nominantur: & ca-
nis prius q̄ precanis oritur: ac orion totus:
ante punctum ubi sol ad tropicum estiuum
conuertitur licet. Ex his ergo stellarum ob-
seruationibus: quasdam habitationes manife-
ste ostendit magis septentrionales q̄ equinoch-
ales ueluti cum dicit taur̄ & pliadem fixi su-
pra uerticem nauigantibus he enim stelle

circa equinoctialem sunt. Quaedam autem non
 australes magis quam septentrionales ostendit. Nam
 canobus uideri & potest: a longe magis septen-
 trionalibus: quam sit tropicus estiuus: pluresque ex
 fixis: quae apud nos semper latent in locis magis
 quam nos australibus: ac magis & septentrionalibus
 quam equinoctialis: ut circa situm mercoes supra o-
 rizontem uideri possunt: quemadmodum ipse
 canobus: hic supra terram eleuatur minimeque
 ab his uidetur qui magis quam nos septentrionales
 existunt: hunc quippe qui ad meridiem mag-
 tendunt hippum hoc est equum appellant: nec
 hoc nomine alia dicitur stella ex nobis incognita.
 Deinde infert se esse ex mathematicis demonstra-
 tionibus percipisse: quod orion totus apparet
 ante tropicum estiuum: his qui sub equinoctiali
 habitant: apud quos etiam canis prior quam pre-
 canis ortu incipit quod usque ad syenem seua-
 tur: Ex quibus etiam obseruationibus nihil
 proprium aut necessarium esse uidetur quod
 habitacionum situs magis australes sint quam circuli
 equinoctialis

Cadon emendatio ab itinere pagratione

IN peragrationibus autem computas
 itinere dies singillatim a magna le-
 pti ad agisymbam regionem hanc
 uiginti quatuor millibus: ac sexce-
 tis & octuaginta stadiis magis australem quam
 equinoctialem ostendit. Navigando uero di-
 ex solutionibus a ptolemaide: quae est in tro-
 gloditica regione ad praesum promontorium
 colligens: concludit hoc esse australem equino-
 ctiali: stadiis uiginti & septem millibus ac oc-
 tingenas. Unde infertur praesum promontori-
 um & Agisymbam regionem ethyopum: quae
 est ut ipse fatetur ab australi plaga non ter-
 minat ethiopiam in frigida zona opposita no-
 stri orbis iuxta eiusdem ueri rationem sitam esse.
 Nam uiginti & septem milia stadiorum & octua-
 ginta in meridiano constituunt gradus quin-
 quaginta & quinque in triplici quarta: quot
 gradibus ex altera aequatoris parte iuxta eas-
 dem celi qualitates syene secedunt & firma-
 te: qui septentrionalia paludis meandros inco-
 lunt. Reducit igitur & ipse numerum sta-
 diorum ad dimidium minus uel: hoc est ad
 stadia duodecim milia: quot hyemalis tropic-
 fecime distat ab equinoctiali. Causas huiusce-
 sectionis esse tradit: diuersiones ac inequali-
 tatem itinerum: missis his rationibus: ex quibus
 non tantum corripere necesse uidebat:
 sed et numerum ad medietatem optatam re-
 digere. Primum enim in peragrationum narra-
 tione refert septimum flaccum qui in libia
 militauerat a garamantibus ad ethyopas t-
 um mensuum spatio peruenisse uersus me-
 ridiem uter agentem: Julium uero maternum

a magna lepi & a Garama una cum rege ga-
 ramantum: qui ethyopibus bellum indixerat
 inquit uersus meridiem semper profectum in
 quatuor mensibus uenisse ad Agisymbam
 ethyopum regionem: quo scilicet in loco unocro-
 tes conueniunt: horum uterque ex se ipso incre-
 dibile est: partem quod ethyopes non adeo a gara-
 mantibus absint: ut spatium trium mensuum
 requiratur: cum garamantes ipsi maxime ethy-
 opes sint: & sub eodem regantur imperio: partem
 quia ridiculum est: regem per subditos sibi prou-
 cias: recta a septentrione ad meridiem iter egisse:
 & cum uersus solis ortum ad occasum gentes ille
 longissimis effundatur spatiis quod necubi moras
 metis dignas traxerit. Ex quibus non ab ratione
 est: uero aut hypothetice locutos fuisse: aut sic
 ad meridiem intellexisse: quem admodum uulgo
 dia solet ad austrum ut ad nothum: his qui abu-
 sos magis quam diligentiae ueritatis innoxos:

Cadon emendatio a nauigationibus

DEinde nauigationes inducens: inter
 aromatas & rapta refert quondam
 Diogenem ex his unum qui india
 migrauerunt: cum diuicasset: et
 profecturus iuxta aromata esse ab ethiopia borea
 impulsus fuisse: cum quod ad dextram troglo-
 diticam habere regionem: uiginti & quinque
 diebus ad paludes unde nilus fluit penetra-
 uisse: quibus raptorum promontorium paulo
 ad austrum magis extenditur. Theophilum
 etiam narrat unum ex his qui in azaniam sol-
 uerunt: a rapta impulsu austrum uigesima die
 ad aromata uenisse: horum uterque quatuor-
 decim ex nauigatione foret non expressit.
 Theophilus quidem ut inquit die uigesima
 applicuit. Diogenes uero uigesima quinta die
 iuxta trogloditicam nauigauit. Uterque cum
 licet reculerit quot diebus nauigauerint non
 tamen apertit: quot dies: ea esset nauigatio ob
 uentorum uarietatem atque mutationem: quam
 fas fuit in tanto tempore fuisse: Preterea neque
 ad septentrionem neque ad austrum continuo se
 nauigasse inquit: sed ut Diogenes se esse
 ab aethiopia impulsus borea: Theophilus uero se
 nauigasse per austrum: reliquam autem
 nauigationem: quod eandem qualitatem conti-
 nuo seruasset: neque retulit. Non enim ceden-
 dum est tam multis diebus eandem flatum
 noxam fuisse seruatum. Unde cum diogenes
 ab aromantibus ad paludes quibus raptorum
 promontorium paulo australius est: uigesi-
 ma & quinta die nauigauerit & Theophilus
 a rapta ad aromata que distans maior est
 die uigesima peruenisset. Preterea asse-
 rente Theophilo unius diei naturalis nau-
 gationem si secunda fiat: Mille stadiorum
 esse: tamen inquit nauigationem a rapta ad

ad primum promuntorium: que multorum die-
rum est: a Dioschoro quinq; milium stadiorum
tunc modo ponit. Nam fallime dicitur ut
debet sub equinoctiali: uelantur uenti: p[er] te-
rea accessus iuxta equinoctialem ex utraq; solis
parte peritiores sunt. Ex his igitur equus e-
rat numero dierum non assensum. Preterea:
quod efficacius est: qd computatio facta: ethy-
opi & cinocentum conuentum. in frigida
alteram zonam oppositae habitabilis tunc exte-
dit. Ratio enim ipsa asserit omnia aialia omnia
q; plantas eque similitudinem unam trahere:
sub una celi qualitate: aut aequo tempore hoc
est sub eodem parallelis aut subus equaliter ab
utroq; polo distantibus: iuxta proportionem unam
omnium equalitatem esse. Quare mannis iux-
ta hyemale tropicum latitudinem perstrin-
xit: nulla prebita ratione tante contractionis:
si admittat quis dierum numerum: & p[er] gra-
uonum nauigationum q; seriem: quam ipse
exp[er]imit. Sed hoc adueriens ille numerum
tantummodo duorum stadiorum minuit: id q; p[er]
te modum & consuetudinem igitur: quousq; ad
optatum & oportunit parallelum deuenitur.
Agendum autem contra fuit. Nam diuine
quidem p[er]grationi: eidem q; possibili facile
fuit credendum: equalitati uero iance seu na-
uigationum: aut qd p[er] lineam rectam omnino
uim fuerit assensum minime deuit: cum ex
his distantia que sita no possit haberi: sed no-
uisse fas fuit qd eadem latitudo ultra equi-
noctialem protraheretur. Sed hoc ipsum ex
certiori modo: obseruatione saluet quoruam
superiorum cognoscere erat equus. Quod con-
tinuo diligentissime explorasset quis si ex ma-
thematis plane considerasset: que in illis
regionibus accidunt. Cum uero animaduer-
sit hec haud habita fuerit: relinquitur ut
qd magis ratio dicitur simplicius quantitate
distantie: que equinoctialem egreditur: anim-
aduertamus: habetur autem id per genera
atq; formas colores q; animantium ibi degen-
tium. Ex quo non uidetur consequens esse
parallelum Agisymbae regionis: quam liquet
ethyopum esse: usq; tropicum hyemalem atq;
gere: sed circa equinoctialem terminari. No-
cuius apud nos in locis illis oppositis: hoc est
sub estiuo tropico: colores habentur ethyopum
neq; cinocentum aut elephantum sunt: sed in
locis non multo australibus modice nigret:
quem admodum qui intra syenem Transcon-
tactum habitant: quales ob eandem causam
mannis ipse describit esse garamantis: quos
nec in ipso estiuo tropico: nec magis eodem
tropico septentrionalis sed longe australio-
res se tradit. In locis autem circa merocem
abunde sunt nigri: & cum p[ri]mo pari-

ethyopes: ubi & elephantum & monstruosu-
rum animantium genus alit.
Quod non ponendi ethyopes sunt magis in-
trales q; parallelus oppositus parallelis p[er]
Merocem.



Vae nun usq; adum bene uideri
poterat: hoc est quousq; tradito il-
luc nauigantium narrat ethyopes:
Agisymbam regionem & primum p[er]
muntorium: & cetera q; que in eodem paral-
lelo sunt sita in opposito p[er] merocem paral-
lelo describit. Id autem erit in situ distanti
ab equinoctiali uersus meridiem: gradibus p[er]-
sedecim ac tercia & duodecima: stadij uero octo
milibus ac ducentis ferme: quo pacto tota eius-
dem habitabilis latitudo p[er]ne colligitur gra-
duum septuaginta & nouem ac tercia & duo-
decime ut ad summum octuaginta stadiorum
uero quadraginta milium. Distantia quippe
inter magnam leptem & garamam: quem
admodum Flaccus atq; maternus tradide-
runt: stadij ponitur quinque milium
p[er]te ac quadringentor. vigesima namq;
dies: secunda profectio est: emendata post p[ri]-
mum iter: ut tota ad meridiem uel ad se-
ptentrionem directa sit: cum p[ri]mum iter
ob flexiones dierum triginta fuerit. Nume-
rum aut stadiorum cuiusq; die: eos exposu-
isse memorat: qui id iter sepius p[er]grauerit.
Quod non tantum pulchre sed necessario
animaduertendum est: ob aquandi diuersiones.
Quemadmodum aut de maris: magnus ac no-
dum recte explorans distans dubitandum
est: sic illis que nec magne nec rare: sed
sepius a multis p[er]grate sunt credi fas est.
Que de longitudine a Marino male tra-
dita sunt.



Quantum igitur spatium: siuis no-
stis habitabilis: congrue extendim
latitudinem possit. Ex his nobis ma-
nifestum est. Longitudinem uero
mannis: inter duos meridianos notat:
quindecim horarum spatia conueniens. Nobis
autem uidetur: distantiam hanc uersus
solis ortum plus q; deceat extendi: que
si contrahat iuxta fas debitum: non inter
gra duodecim horarum spatia constituere
posse uidebitur: cum in ultimo occidentis
termino sit ponatur insule fortunat:
plagam uero maxime orientalem sees
Sine q; atq; Cattigara terminent. Distan-
tiam enim ab insulis fortunatis ad transi-
tum euphratis p[er] hierapolim: sub parallelo
p[er] rhodium sit seruamus & nos: cum nullo
stadij ab ipso singillatim exposito: partim
ob frequentem itineris usum: partim qd
in maioribus distantis: uidetur & ipse

recte collegisse: id quod ex flexionibus et
inequalitatibus itineris emendandum fuerat.
Deinde & qui ponit gradum unum: quali-
um est circulus maximus trecentorum & sex a-
ginta: in superficie terre quingenta stadia in-
cipit: quod ex notis ceteris q[ue] dimensionibus li-
quet. Similem autem circiferentiam rhodiensis
paralleli: hoc est distantis ab equinoctiali tre-
ginta & sex gradibus quadringentorum ferme
stadiorum esse exponit. Quod enim in eis eq-
uitatem rectam excedit secundum rationem
parallelorum: ex paucitate sua pinguiori donat
computo. Distantiam uero que ab ipso transi-
tu euphratis usq[ue] ad turrim lapideam compre-
henditur: inquit ipse scilicet octingentorum ac
septuaginta & sex esse: stadiorum uero uiginti
& sex milium ac ducentorum & octuaginta.
Deinde a turri lapidea usq[ue] seras metropolim
secum inter esse dicit septem esse: stadiorum
autem triginta & sex milium ac ducentorum.
Verum ut ambas distantias ad eundem paral-
lelum redigamus: iuxta equam contractio-
nem utranq[ue] emendemus. In ambabus quippe
pigrationibus non uidetur ipse defalcatum:
quod ex enormitate circumflexionum su-
perest. Preterea & in secundo etiam itinere
in eadem uidetur inadiisse fallacias in qui-
bus a garamantibus ad Agisymbam lapsus.
Ibi enim computato stadiorum numero per
menses quatuor coactus est cum plus q[uam] ad me-
dium restringere. Possibile quippe non fuerat:
per tot diuinum spatium: iter semper uniforme
fuisse: quod in septimestri pigratione etiam
conuigisse haud absurdum est: imo magis
consonum q[uam] in itinere garamantum. Illud
enim iter a rege prouincie actum est: cum
non parua sicut dicitur diligentia. Deinde sub
celo omnino sereno. Peragratio autem a turri la-
pidea ad seras ualidiores suscipit hyemes. Sub-
iacet namq[ue] ut ipse ponit parallelus p[er] Bizan-
tium elepsontum q[ue]. Ex quibus dilutione[m] m[en]-
tas in itinere ipso fieri necesse fuit: cum etiam
eius profectio causa negotatio esset. Refert
enim Maen uicem macedonem: qui & Tita-
nus dicebatur: patre & ipso negotatore ge-
tium huiusce itineris dimensionem notauisse:
non q[uod] ipse a seras perrexit: sed eo aliquem
designauerit. Sed negotatorum relatus &
ipse haud assentari uidetur. Unde philemo-
ni non annuit: qui longitudinem inberne
insule ab ortu solis ad occasum: uiginti dies
exponit. Memorie uero ipse a negotatoribus e-
am precepisse: quos negligentiores ueritatis esse
scibat: circa iporum comertia occupatos. Cos-
dem etiam ipse inquit: p[er] sepius ex mani q[ue]-
dam ambitione: distantias maxime auge-
re. hic autem in septimestri profectio[n]e ni-

hil memoratu dignum retulisse eos: qui id
iter dimensi fuerant pro magnitudine tem-
poris monstrum est.
Emendatio longitudinis nostris habitabilis
a pigrationibus:—

Viam ob causam & quoniam id
sub uno solo parallelo non est: sed
lapidea turris circa bizantijs paral-
lelum: & seras australes magis sunt:
q[ue] parallelus p[er] elepsontum: equum uidetur in-
titudinem stadiorum ex septimestri collectorum.
hoc est triginta & sex milium ac ducentorum.
non ad minus q[uam] ad mediu[m] serare: sed pro
expeditiori intellectu ad solam medietate[m]
ut computari possit data distantia stadiorum
decem & octomilium atq[ue] centum: graduum
uero quinquaginta & quadraginta cum quarta.
Et enim preter rationem est & omnino ab-
surdum: in utraq[ue] hac pigratione: tante se-
ctioni non assentari: ac in itinere garaman-
tum eandem contractionem concedere:
quod in promptu ratio ibi est: differentia
salicet animantium degentium in Agisym-
ba regione: que nequaquam possunt preter
naturalia sibi loca traduci. A turri uero lapi-
dea ad seras id parum non acceptare: q[uod]
eadem ratio illic adduci nequeat: sed per to-
tam distantiam: siue minor ea sit: seu ampli-
or: similis ipsius aeris qualitas & impressio
sit. Quemadmodum si quis quia in furto
deprehendi nequeat: iustitiam negligat: co-
tra ipsius p[ro]p[ri]a documenta. Unde primam
distantia que salicet est ab euphrate ad tur-
rim lapideam: octingentorum & septuaginta
& sex scilicet itinerum flexiones ad
octingentos tantum scilicet contulimus:
stadia autem uiginti & quatuor milia. Quod
ita esse creditur ob itineris particulares dime-
siones: ac regionum crebros aditus quibus
quibus id iter potitum est. Quod autem di-
uercula plura habeat: manifestum est ex
his que Marinus ipse ponit. Peragratiō[n]e
uero a transitu euphratis iuxta hieropolim p[er]
mesopotamiam ad tigrum: & hinc per ga-
ramantas iter assicis Medorum q[ue] ad Echa-
tana portas q[ue] Caspias. Preterea parthye
ad hecatomphilon: fas est per parallelum tho-
di susape. hic enim circulus p[er] dictas regi-
ones scribitur. Viam uero ab hecatomphi-
lo ad hyrcaniam ciuitatem: necesse est ad
arcton declinare: hyrcania ciuitate in me-
dio propemodum posita parallelorum smyr-
ne & elepsonti. Nam parallelus smyrne
sub ipsa regione hyrcanice designatur. ele-
psonti uero p[er] australes plagas pelagi hyrcani:
que parum magis septentrionales sunt:
q[uam] ipsa hyrcanorum ciuitas: a nomine regionis

siue appellata. Deinde uter ab hac ad Margi-
anam Anchyochiam p. Artam primo ad me-
ridiem respicit: cum Acha sub eodem paralle-
lo. quo portus caspii sita sit: post ad arcton
inclinat: cum Antiochia iuxta elleponti pa-
rallelum sit posita: a qua aditus ad bactra
uersus solis ortum extenditur. Ad ascensum
post montium comedorum ut: uersus septent-
onem. Via preterea que montana hec egre-
ditur ac perducit ad uallem que campestra
exapit ad meridiem tendit: horum quippe
montium septentrionalia & que magis occi-
dentalia sunt: ubi ascensus est: ponit sub
parallelo bizanti: que uero australia & ad
ortum solis uegit: sub parallelo elleponti.
Nam montana ipsa tradit ad ortum solis
palam quasi extensa: ad austrum quodammodo
declinat. Inde pentcontaschinum inquit ad
lapidum usq. turam ad arcton eque uegete.
Vallem enim egressos: turis ut inquit capi-
dea exapit: a qua montes qui ad orientem
solum progreduntur: imao contingit: qui
a palmbrotinis ad septentrionem protendi-
tur. Simul ego collectis gradibus sexaginta:
qui notati sunt: p. uiginti & quatuor milia
stadiorum: cum gradibus quadraginta &
quinq. & quarta: tot enim sunt a uerila-
pidea ad seras: comprehenditur tota distan-
tia ab eufate ad seras in parallelo rhodiensi q.
duum centum & quinque cum quinta. Colli-
guntur preterea ex dimensionibus quas ipse
supponit sub eodem parallelo gradus alij ut
dicetur. Primo a meridionali notato per in-
sulas fortunatas usq. ad sacum hispanie pro-
montorium gradus duo & semis. Deinde ad
uetij fluij ostia. Post a uetio ad angusta
Athantici pelagi atq. Calpem similiter gradus
duo & semis in unaqueq. distantia. hinc a
prefatis angustijs usq. ad Calarem Sardinie
gradus uiginti & quinque. A Calari autem
ad libeum sialie sialie quatuor & semis.
A libeo ad Pachnum tres. Mox q. a Pach-
no ad Tenarum Laconis decem. Inde ad
rhodum octo cum quarta. A rhodo ad hys-
sum undecim cum quarta. Dehinc ab hysso
ad heuphratem duo & semis. Colliguntur
itaq. totius huius distantie gradus septua-
ginta & duo. Quare omnis longitudo tce
nobis cognita: hoc est a meridiano designa-
to: seu terminante ab ultimo occasu insu-
las fortunatas usq. ad Seras graduum centum
ac septuaginta & septem cum quarta adno-
tatur. Cadem emendatio a nauigationibus.

Connectare quis posset: tantumde
esse longitudinis spatium & ex di-
stantijs que a Marino tractantur:
nauigando ab India usq. ad sinu

5
Sinarum atq. catigata: sed q. maxime propus-
tio habeatur sinuum ac inequalitatum nauiga-
tionum: situum q. ipsar. regionum. Post enim col-
chor. sinum a promontorio quod nuncupatur
Cory: suscipi inquit sinum argauium: constare
q. usq. ad curulim urbem: stadijs tribus milibus
ac quadraginta. Addit q. eam ciuitatem sitam
esse ex parte boree eiusdem Cory promontorii.
Colligi igitur posset ea transsectatio tercia par-
te deducta: iuxta normam gangetica sinus: sta-
dior. ferme duor. milium ac trecenta cum tota
uentor. inequalitate. Ex quibus ad continuum
unum q. cursum deueniatur: tercia & parte su-
blata: relinquuntur stadia mille ac trecenta et
fere quinquaginta iuxta boree situm: quo re-
ducto ad situm equinoctialis paralleli: & ad-
uentum a pelota: deductione medietatis: iux-
tationem anguli transsumpti: habebimus di-
stantiam interceptam a duobus meridianis: hoc
est ab eo qui p. cory promontorium scribit et ab
illo qui p. curulim adnotatur: stadior. sexcentor.
ac septuaginta & quinque: graduum uero fere
unius cum simplici tercia: horum enim situum
paralleli nulla memorabili nota a maximo circa
lo differunt. Deinde a curuli urbe nauigationem
inquit esse uersus hyemalem solis ortum usq.
parula: constare q. stadijs nouem milibus ac qua-
dringentis & quinquaginta. A quibus tercia &
parte dempta ob uentor. cursum q. inequalitatem:
habebimus ad unum continuu motum: ad cur-
fere directum: distantiam stadior. pene sex mi-
lium ac trecentor. A quibus sextam partem de-
ducentes: ut redigatur distantia ad parallelum:
equinoctialem inueniemus distantiam horum
meridionalium stadiorum esse quinque milium
ac ducentorum & quinquaginta graduum uo
decem & semis. hinc gangeticum sinum ponit
decem & nouem milium stadior. A paluri qui-
dem ad sandam urbem quasi uersus ortum solis
equinoctialem: p. eundem nauigando sinum:
tradit tredecim milium stadiorum. Et quoniam
ad equinoctialem ortum dirigit ferme cursum
ex motu inequalitate: tercia tantum pars ab
eodem deducatur nu. Quo facto relinquet:
ut eorum meridionalium sit distantia stadior.
octomilium ac sexcentor. & septuaginta: gra-
duum uo decem & septem cum tercia. Deinde
nauigationem a sanda ad urbem Tamala: fa-
cit stadiorum treu milium ac quingentor. ad
uersus hyemalem solis ortum. Pro inequalita-
te autem cursum iterum partem terciam dedu-
centes habebimus in motu continuo stadia duo-
milia & trecenta ac trecenta. Ob inclinatione
uero ad cursum: partem sextam inde sumentes
inueniemus distantiam expositor. meridiona-
lium: stadior. mille ac noningentor. & qua-
draginta: graduum autem fere treu & semis

cum tertia. Post hec transitum a Tamala ad auream chersonesum tradit stadiorum mille ac secentor: & uersus hiemalem ortum. Quare & ab hoc numero: eque deductis similibus partibus: relinquetur meridionalium iporū distantia: stadiorū octingentor: graduū uero unū cum quadruplo quinta esse:—

De nauigatione ab aurea chersoneso ad Cattigara:

Numerum stadiorum nauigationis ab aurea chersoneso ad Cattigara marinus non tradit. Alexandrum autē referre dicit terram hinc opponi meridiei eosque qui secus ipsius litora nauigant: die uicesima ad Zabas urbem peruenire. Inde a Zabis contra notum transsuetantes & presertim ad leuam diebus aliquot Cattigara apprehendere. Auger quidem distantiam ipse positam intelligens dies aliquot pro pluribus inquit. H. ob multitudinem eos numero minime comprehensos fuisse: quod ego ridiculum existimo. Quis enim dicere numerus infinitus est: et si totius orbis ambitus exprimeretur sit. Quid Alexandrum coegit: ut cum diceret aliquot intelligeret plures: cum de dioscoto dicat plurimum dierum nauigationem a raptis ad Prasum descripsisse. Eorum quippe magis est: ut intelligat quis aliquot pro paucis: quo saluet mō: dia solutum est. Sed ut nō uideam & ipi: ad multitudinem quandam certam distantias coniectare: conferamus nauigationē ab aurea chersoneso ad Cattigara: nauigationi facte ab aromatis ad prasum promontorium positam saluet uiginti dierum ad Zabas: & aliquot aliorum ad Cattigara: & uiginti sive dierum: a rapta iuxta Theophilum: ac aliorum plurimum ad prasum secundū dioscotum: ne quē admodum fecit Marinus aliquot dies: pro pluribus eque admittamus. Cum ergo & ex ratione manifesta: & ab iporū et obseruatione superiorum: ostenderimus Prasum situm habere sub parallelo distantia contra meridiem ab equinoctiali gradibus sedecim cum tertia parte ad duodecima & ab eodem equinoctiali uersus septentrionem parallelus per aromata distet gradibus quatuor cum quarta: colligitur distantiam ab aromatis ad prasum constare gradibus uiginti cum duplici tertia. Unde non incongrue totidem graduum ab aurea chersoneso ad Zabas: & hinc ad Cattigara: ponenda distantia est. Ab aurea autem chersoneso ad Zabas: corripere distantiam non oportet: quia pinde transigitur: ac si sub equinoctiali circulo sita foret: cum ea que interiacent loca meridiei opposita protendantur. Distantia uō a Zabis ad Cattigara contrahere decet: cum nauigatio ea sit uersus notum & plagam orientalem: ut

